


LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF
TORONTO





H. XIII. 10.

Liden
Novo Jacin.

937. III

.M .III





Henrici Nicolai

1. de Multiplicitate Rei facta.
2. Tr. de Contradictionis Natura et Principio.
3. Tr. de Oppositione Enunciatorum.
4. Paraphrasia Liberalis Tabellae representata.
5. Disputatio Magica.
6. Tr. de Notis naturalibus.
7. Tr. de Cognitione humana univessa, duabus Exercitationibus comprehensa.

De Contradictione Virtuali, & apparente,
ac Contrarietate.

T H E S I S C V I I I .



Rostea Sextâ præterlapsa succedentibus alijs ho-
 ris tertiâ diei parte à 6. in 9. defluente crucifixus
 est, factâq; ea, quæ crucifixionem secuta sunt. Quod
 ex Lucâ c. 23. v. 44. sumi potest. Sextum est in-
 ter 2. Sam. 6. v. 23. & 2. Sam. 21. v. 8. De quo s. l.
 t. 24. d. Contrad. tractatū fuit. Plura antilogiarū è sacris exe-
 mpla scriptores harmoniarum conciliant, Vt Alchamerus,
 Scharpius, Waltherus, & ex Commentatoribus Biblicis
 Itemq; harmonia Evangelica scriptoribus, Vt Chemnitio, Ly-
 fero, Gerhardo, Calixto, Barradio, Jansenio, Calvino, ali-
 isq; sumi possunt. Textuum Codicumq; varietas in scripturis Ca-
 nonicis quandoq; occurrit: nunquam vera enuntiatorum in sen-
 su contrarietas.

109. 2. Circa contradictionem virtuales quari po-
 test: An in Jure vera quoad sensum enunciati detur anti-
 nomia & repugnantia? In negantem sententiam concedit Tre-
 bonianus, & cum eo Justinianus §. Contrariam, 15. d. con-
 firm. dig. in historiâ Juris. Contrariam alijs legibus legem
 ex his, quæ in hoc volumine positæ sunt, non facilè quis
 repererit, si modò ad omnes contrarietatis fines animum
 intendere festinet: sed inest aliquid diversum, quod af-
 sumptum alterius generis fortè hanc & illam legis positio-
 nem apparere faciet. Et in edicto ad Senatum §. 5. Contra-
 rium aliquid in hoc Codice positum, nullum sibi locum
 vendicabit, nec invenitur, si quis subtili animo diversitatis rati-
 ones excutiet. &c. Item de concept. digest. ad Trebonia-

T

num

Resp.
 Petro Hor-
 chio, Dane.
 Borus

fol. 17

146 De Oppositione Enuntiatorum,

num §. ei mandat Iustinianus, ut nulla in omnibus predicti Codicis membris antinomia aliquem sibi locum vendices, sed sit una concordia, una consequentia, nemine adversario constituto. Justinianum sequuntur ex scriptoribus Ictis Comment: in gloss. passim Jafon, Bartholus, Baldus, alijq; Ex adverso alij ex Ictis veras in jure antinomias occurrere non dubitant affirmare. Cujacius not. ad tit. inst. d. legatis, *Animadverii, ait, Celsum ab alijs. sapissimè dissentire, idemq; ipsà hâc in re ausim affirmare.* Justiniano enim sive Triboniano affirmanti concordare omnia inter se, fidem nullam habeo. Anton. Matthæus d. 9. 10. de fund: Juris prolixè idem adstruit & defendit. Idem d. 19. multis ostendit, & testimonijs doctissimorum Ictorum, Budæi, Connani, Cujacij, Hortomanni, Charondæ, Baronis, Ant. Augustini, Donelli, confirmat. Idem sentit Freigi-us l. 1. Log. Jurid. c. 12. Budæus ad leg: ult: dig: d. ædil. edict. & alij, Patetq; hoc 1. Ipsius Justiniani testimonio, ubi in nullo aberrare, seu in omnibus inemendabilem esse, divina solius, non autem mortalis esse constantia asserit, §. 13. & 14. d. conf. Digest: Ibidem §. 16. multa hic prætermitti potuisse, cū ob ingenij mortalis exiguitatem, tum ob ipsius rei vitium concedit. Cur non & pugnantia quadam relinquit? 2. Humanæ infirmitatis confortio, quæ non semper lynceum esse permittit, in tantâ præsertim varietate, copiâ, & confusione legum, ex quâ Tribonianus Pandectas aliq; digerere debuit, ut maximè ab Imperatore mādatum acceperit ita digerendi, ne qua Contrarietas remaneret. Facile hinc contingere potuit, ut aliqua inter se pugnantia relinquerentur. 3. Ex manifestis legum pugnantium exemplis, quæ d. 9. 10. & II. ap. Ant. Matthæum vide. 4. Conciliatorum infirmitate, quibus ad concordiam redigere nituntur atq; abores quidam antinomias. Velenim unum probasse Justinianum

num

num ajunt, alterum rejctisse: vel unum narrare tantum eum, alterū disponere, vel in uno ponere plus, in altero minus, ajunt. Sed has conciliationes non in omnibus locum habere, & repugnantias non tollere ostendit Ant. Matthæus d. 19. c. I. Cujacius lib. 7. obs. 19. multas leges in concordiam redigi posse censei, si alia ad jus constitutionum benignum, alia ad leges veteres & jus severum referantur. Eademq; conciliatione utitur l. 8. c. 8. Sed ut in quibusdam hoc procedat: omnes luru antinomias non tollet, ut proprio Cujacij testimonio ante audivimus. 5. Celebrium Ictorum ad stipulatione, quos ante adduximus. Exempla aliās conciliationum in antinomijs quibusdam ap. Cujacium c. I. & l. 8. c. 9. Pacium, Bronchorst, Bellonium, Lockhammerum, Mercerium, aliosq; in peculiaribus libris vide.

110. 3. An in Aristotele vera quoad sensum reperiatur contradictio? Negant rigidiores quidam Aristotelici, & qui eum extra erroris aut falsitatis aleam collocant. Averrões in poem: phys: Nullus error inventus est in Aristot. usq; ad hoc tempus, quod est 1500. annor. Et talem virtutem esse in uno individuo est miraculosum potius, quàm humanam. Idem in 3. d. anim. con. 14. Aristoteles fuit regula & exemplar, quod natura invenit ad demonstrandam ultimam perfectionem humanam in materijs. Et libr: destruct. di. 3. Aristotelis doctrina summa est veritas, quoniam ejus intellectus finis fuit humani intellectus. Plato subinde veritatis eum Philosophum vocasse scribitur, quasi in falsitatem non pateret. Vossius virum extra omnem ingenij aleam constitutum vocat, lib. I. Inst. Rhet. c. I. Ita & extra contrarietatis aleam constitutus erit. Alij & erroribus & repugnantijs subjectum agnoscunt, ut Vives in l. d. caus: cor: art: Valla in Dialecticis, Ramus passim, Ramistæ communiter, Taurellus l. d. rerum æternit. & l. d. mundo &

coelo: Zabarella l. 4. d. Meth. C. 22. Gassendus l. 1. ex paradoxo: ex 8. totâ ostendit. Quod apud Aristotelem innumerâ contradicant. Multis exemplis ibidem id confirmat. Plurima tamen in his intercurrunt, quæ veram contradictionem non habent. Sic cum 10. factis Categoriis, & alibi tres, sex, aut octo verè contradictoria non sunt. Prius enim ex sententiâ propriâ rei veritate asseritur: Posterius ex aliorum vel vulgata, vel obiter & extra propriam sedem statuitur. Sic cum Substantiam primam magis substantiam, quàm secundam, ait, postea substantias non recipere magis & minus statuit, sine contradicitione dicuntur, posterius enim de substantiâ in eadem specie substantia manendo verum est; sed substantia prima alia velus species est à secundâ, velus singularia alia species à generibus & speciebus sunt. Similia complura sunt, quæ facilem conciliationem admittunt, & magis apparentes. Contradictiones sunt, quàm reales. Ego cum Zabarella c. l. dicam: Etsi in admiratione ingenij Aristotelis nulli mortaliùm secundus esse velim: tamen nec omnia ipsum scribere, nec cognoscere potuisse credo, neq; etiam veritatem in omnibus assecutum esse, ut nunquam errare potuerit, quippe qui homo fuit, non Deus. Evertit Aristoteles ingenij acutus sumi, laboris inexhausti, iudicij acerrimi, scientiæ penè infinita homo: tamen homo fuit, cuius proprium, mendacem esse: i. e. vanitati & infirmitati subiectum. Contradictiones virtuales apparentes in Philosophicis: passim occurrentes peculiari libro deducit & conciliat Goclenius; quem Conciliatorem Philosophicum appellat.

III. Ita Contradictio indirecta realis fuit: Apparens: est, quæ sensus apparenter repugnantes importat, qui re vera non repugnant. *Exempla ex Theologicis* t. 106. 107. & Tract. d. Contradict. l. 1. §. 24. seq. *sunt visa*. Hæc vera contradictione

tradictio no
his quadam
lem & appa
veras species
quàm appa
nditiones a
turam contra
que tamen
Opposita Cont
ter contradic
Domini 30. cu
prius de alii
posterius de
lato agat. Sic
17. Omnium
diverso mod
quo à Pseudo
determinari p
esse dici posse
exhibito ul
pectari non d
na 8. Etsi in m
enim anni D
Plura talium
lice scriptor
tradunt, Fir
id infinitum
Mathemati
seu similitud
nuntat. Sic ab

tradictio non est, sed nomine tamen ejus appellatur. *Et sic hic quadrantenus adducenda fuit.* Et divisio Contradicti, in realem & apparentem nominis in significata, non generis in veras species subjectas est. *Nomen Contradictionis tam de vera, quam apparente usurpatur.* Sic Papistæ Luthero varias contradictiones adscribunt, quæ verè tales non sunt. t. 101. Sic scripturam contradictiones apparentes continere dicimus, t. 106. 107. *Quæ tamen reales non.* Unde apparens Contradictio & inter Opposita Contradictionis recenseri potest. V. t. 114. Sic virtualiter contradicere in sacris videntur, 1. Reg. 6. v. 2. quod templum Domini 30. cubitos, & 2. Paral. 3. v. 4. quod 120. altu fuerit, Cum prius de altitudine infimi habitaculi ad primâ usq. mansionem, posterius de altitudine totius domus distinctis mansionibus absoluta agat. Sic 2. Thes. 2. v. 2. *Nô instat dies Domini,* & 1. Pet. 4. v. 7. *Omnium finis appropinquavit, contradicere videntur, Sed diverso modo intelliguntur.* Non instat dies Domini eo modo, quo à Pseudo Apostolis instare dicebatur, ut momenta & hora ejus determinari possent, & crassinâ vel perendinâ luce venturum esse dici posset. Finis autem rerum advenit, quia Christo in carne exhibitio ultimum seculum successit, post quod aliud expectari non debet, & hoc hora novissima dicitur, 1. Joh. 2. v. 18. Et si in multas annorum centurias extendi possit. *Mille enim anni Deo velut unus dies sunt,* Pl. 90. & 2. Petr. 3. v. 8. *Plura talium Contradictionum exempla apud Harmoniæ Bibliçæ scriptores videbis.* Ita in Philosophicis apparenter contradicunt, Finiti ad infinitum nulla est proportio, & finiti ad infinitum aliqua est proportio, cum Prius de proportione Mathematica & æquivalentia, posterius de Logica, analogica, seu similitudinaria ac qualiscung. convenientia intelligendum vensat. Sic abstractum est prius concreto, ut forma forma-

150 De Oppositione Enuntiatorum

ro, & abstractum est posterius concreto, tanquam subiecto suo, quo omne adjunctum posterius est, contradicere videntur. Sed prius de conceptu rei est intelligendum, posterius de nomine, ubi concretum ut paucisyllabum prius censetur abstracto, ut multisyllabo, ut forte fortitudine, album albedine, iustum iustitia, &c. Vel prius intelligendum de prioritate natura, ubi abstractum natura, & quidditate sua semper prius concreto, huius enim ut forma & esse & denominari largitur: posterius de posteriori ratione subiecti, non precise ut formati, sed ut subiecti abstractum suum sustentis. Sic albedo posterior cygno est, non autem albo. Sic natura naturam iuvat, & natura naturam oppugnat, contraria videntur. Sed prius de eo, quod per se est ex intensione naturalis finis est, posterius de eo, quod per accidens & accidentario sine varijsq; accidentibus intervenientibus fit, procedit, ubi aut per accidentia res naturales sibi repugnantes aut praternaturaliter constituta ex certo statu violento contrariari incipiunt. Multa talium contrarietatum conciliat Goclenius in Conc. Philosophico, Ex Medicis de Contrariorū enuntiatorum pugna & conciliationibus Cardanus in libro d. contradic. Medicis, & Vallesius l. d. locis pugnantibus apud Galenum, Rorarius, Muncerus, Peleterius, Pellinigerus alijq; videri possunt.

112. Sic & divisio Contradictionis Enuntiativæ expedita. Restans affectiones, quæ jam subjungenda. 1. Contradictio Enuntiativa est immediata, quæ veritatem & falsitatem, affirm. & negationem, et si quæ modum enuntians medium habere queat. Patet ex illis, quæ §. 59. seq. sunt tradita. 2. Contradictionis alterum membrum semper est verum, alterum falsum, nunquam vel utrumq; simul verum vel falsum esse potest, modo legitima contradicenda

form

forma adhiberi
vetur, ac mat
Contradictio
ad falsitatem
tem alterius
et falsitatem
mal. E. falsum
minem esse sen
tum, vel aliq
iudicem Contr
tem. Verum
tam moveri. 4
strumentum
nendi eam a
traditione,
verum conc
nat. Contrad
tione. 5. Con
de disputatio
tibus eam
tada, ostenden
simili de contr
na. 6. Contra
na adhiberi p
instrumentu
in dubium ve
in moto illo ve
esse, quod gene
seq. d. Contra
Contradictoria

forma adhibeatur, & sensus idem in utroq; enuntiato ser-
vetur, ac materia cognita sit. Patet ex §. 50. § 1. seq. traditis. 3.
Contradictio firmissimam consecutionem à veritate unius
ad falsitatem alterius, & vicissim à falsitate unius ad verita-
tem alterius subministrat, Nil enim medij inter veritatem
& falsitatem admittit. Vt, verum est, om. hominem esse ani-
mal. E. falsum, non omnem esse animal. Falsum est, null. ho-
minem esse sensitivum, E. verum est, non nullum esse sensiti-
vum, vel, absquem esse sensitivum. Verum est, non solum Papam
judicem Controversiarum fidei esse, E. falsum est, solum esse sa-
lem. Verum est, non solum terram moveri, E. falsum est, so-
lam moveri. 4. Contradictio utilissimum in Logicis est In-
strumentum eruendi veritatem dubiam & incertam, secer-
nendi eam à falsitate, discernendi veram ab apparente con-
tradictione, & convincendi proteruum adversarium, ut
verum concedere cogatur. Vide §. 2. r. 42. seq. Tract. d.
nat. Contrad. Et §. 2. r. 2. seq. hujus Tractatus plura pate-
bunt. 5. Contradictio enuntiativa virtualis sapè in scriptis
& disputationibus hominum occurrit, etiam non adver-
tentibus eam hominibus: Et si occurrat, diligenter est evolu-
enda, ostendenda, & ab apparente distinguenda. Vide, qua in-
simili de contradictione terminorum virtuali §. 2. c. Tra. sunt di-
cta. 6. Contradictio enuntiativa in omni scibili & discipli-
nà adhiberi potest, estq; generalissimum eruendæ veritatis
instrumentum, ut nec in Theologicis materijs negari aut
in dubium vocari certitudo ejus debeat. Fundatur enim in
immoto illo veritatis principio: Impossibile est idem esse & non
esse, quod generalissimum & in omni materia obtinere §. 73.
seq. d. Contrad. ostensum est. Vnde si in Theologia ad vera
Contradictoria aliquis sit adactus, non effugiet falsitatem senten-
tia.

*tia sua, si contradictionem principium rationis esse regeat, quod in Theologia vim obtinere non debeat. Principia enim luminis naturalis à Deo ut auctore sunt, in rationem falsam immis-
sa, & ab eâ animadversa, non fundata aut constituta, adeoq; à nullâ disciplinâ everti aut repudiari debent, nisi Deum ipsum sibi repugnare, suamq; veritatem in uno lumine statutam in altero evertere velle afferas, quod impium & in Deum injurium erit, Vt pluribus alibi ostensum. 7. Contradictio in Deum & divina non cadit: summa enim primaq; veritas hæc sunt, Contradictio autem falsitatis index est: In an-
gelos bonos etiam non sunt enim in bono & vero plenariè con-
firmati, ut contradictoria simul statuere non possint. In malos cadit, sunt enim confusissimi, & ad falsitatem ac distortionem per intellectus corruptionem propensissimi.*

113. Ita absolute Contradictio enuntiativa considerata. Respective partim ratione convenientiæ, partim discrepantiæ spectanda est. Convenientiæ cum contradictione terminorum, cum quâ quomodo conveniat, s. 2. & 52. Tract. d. Contradict. assignatum: Et contrarietate propositionū. Cum hac convenit contradictio, quod ut illa oppositio enuntiationum est, sic & hæc. Vt illa affectio earum, sic & hæc. Vt illa in parte Log. secundâ proponitur, nec in plenâ ejus deductione omittenda: Sic & hæc. Vt illa utile instrumentum quodantenus eruendi verum est, quia utraq; ejus pars simul vera esse non potest: Sic hæc instrumentum generale est in omni materiâ immotè eruendi verum. Vt per contrariam oppositionem interdum totaliter remouetur materia aliqua, & absurda ac impossibilis judicatur: Sic per Contradictoriam ita remouetur, ut oppositorum alterum enuntiatum necessario verum, alterum falsum evadat, sicq; unus enuntiatum falsitas & absurditas immo-
ostenda

offendatur. Discrepantiæ ratione spectanda est *Contradictio enuntiativa* partim cum contradictione terminorum, partim cum contrarietate propositionum, partim cum oppositis suis, quæ ei opponuntur. A Contradictione terminorum quid differat, s. 2. c. 1. ostensam. A contrarietate propositionum quid differat, S. 11. 12. hujus sectionis contra Ramistas confundentes utramq; deductum est. Contradictio immotum & universale discernendi verum à falso instrumentum in omni materiâ est, & præcisè unam partem veram, alteram falsam facit. Contrarietas non tale est, sed utramq; falsam dare potest. *Ut, Omnis homo est dives, & Nullus homo est dives.* V. c. 115.

114. Opposita Contradictionis sunt æquivocatio, consensio, conciliatio, apparens Contradictio, & illegitima contradictio. Æquivocatio, ut omnium operationum Logicarum hostis est, sic & Contradictionis Enuntiativa. Undè non contradicendum Enuntiationi alicui, quamdiu sensum ambiguum habet, nec ad unum certumq; est reducta. Cum umbris enim & lemuribus pugnabitur, semperq; Adversarius alium se intendere sensum reget, quàm illum, cui enuntiatio contradictoria opponitur. Conf. l. 1. t. 94. 95. Et 48. 49. Tract. d. Contrad. Consensio seu identitas est enuntiatorum in sensu convenientia. *Ut, Omnis homo est animal, & Nullus non homo est animal.* Huic maxime opposita est Contradictio, enuntiatorum maxima & formalis in sensu discrepantia & pugna. Conciliatio est propositionum speciè pugnantium ad convenientiam in sensu reductio. Vera Contradictio in infinitum pugnat, & nullâ ratione aut vi ad convenientiam in sensu reduci potest. Sive Contradictio formalis & aperta sit, sive virtualis & operata, Vbi veram Contradictionem esse constitueris,

154. De Oppositione Enuntiatorum,

de conciliando non cogitandum, sed removendo & impossibile judicando. Ubi apparens fuerit, conciliatio adhibenda, *ejusq; ope in consensum reducenda, quae pugnare adversis frontibus videntur. Conciliandi media hic versu exhibet.* Terminus & sensus, circumstans, Contraq; dictum. *Explicatio horum di. 9. G. L. contracti t. 9. data. Nemp. termini propositionum, subjecta & praedicata, an in utroq; enuntiato eadem sint, an diversa; attendantur. Si hos, nulla vera est pugna: Si termini inter se non pugnant, etiam enuntiata verè non pugnant.* Deinde sensus enuntiatu resolvatur, & enuntiatum non Logicum, ut Grammaticè, Rhetoricè, Poeticè propositum a Logico reducatur, ut sensum planum Indicativo modo propositum nanciscatur. Circumstans, attende circumstantias utriusq; dicti, antesedentia, consequentia, connexa, tempus, locum, personas, objecta, modum dicendi, affectum dicentis, an in utroq; eadem sint, an diversa. Si hoc, legitima Contradictio non est. Contraq; dictu, h. e. Contradictionis leges attendito, an omnes ad finem quas sit. t. 2. 3. seq. de Contrad. recensimus. Si aliqua abssi, verè Contradictio dictorum nō est, sed diversitatem assignando conciliationem admittent. Apparens Contradictio est, cum enuntiatia contradicere videntur, reverà non contradicunt. Ha vera Contradictio etiam opposita est, ut fucatu aurum vero oppositu est, & quævis fictio rei veritati rei repugnat. Exempla §. 106. 107. 111. visa sunt. Illegitima Contradictio est, cum falsò contradictio formatur, & pro verà vendicatur. Vocatur vulgò Elenchus contradictionis. & in disputando saepè committitur, ut cum ignorantem Elenchi commissam esse dicimus. Exemplum in Ramistis contrarietatem pro legitimà contradictione sumentibus supra §. 11. vidimus. Et plura §. 2. t. 29. seq. videbimus.

115. Ita
 carietas, qu
 verales in se
 termines sunt
 substantia est
 tione, requi
 lent, ex illis
 ditis patere
 t. 4. II. seq.
 singularium p
 singulares ad
 interdum pro
 Log. t. 29.
 duve ditiu con
 Contradictio
 Quomodo cu
 dictam. Qu
 Propositionu
 titati ad stri
 falso sercner
 supeditat, se
 linguat, t. 4.
 nis naturâ se
 tractare supe
 nostras ceter
 ex l. 2. t. 14.

115. Ita Contradictio Propositionum visa: Restat Contrarietas, quæ est oppositio Enuntiationum, qua duæ Vniuersales in sensu suo affirmantur & negantur. *Vi. Omnes homines sunt docti, nulli sunt docti. Om. substantia est viva, nulla substantia est viva.* Quæ da nomine Contrarietatis, definitione, requisitis, & exemplis apud Logicos disceptari solent, ex illis peti possunt. Et magnam partem ex supra traditis patere possunt. Ramei cum Contradictione confundunt, t. 4. II. seq. *A qua rectius distinguitur. Vi ubi dictum.* Alij etiam singularium proposita: eam esse dicunt, *Ve Scheiblerus. Rectius singulares ad Contradictionem referuntur; t. 72.* Alij Contrarias interdum pro Contradictorijs substituant, *Vi Piscator, V. d. 9. Log. t. 29. Et f. 2. hujus Tract. t. 29. Alij in materijs absurda rectius contrarie, quam Contradictorie opponi dicunt. Sed Contradictionis generalitati & firmitati hoc contrarietur. t. 45. Quomodo cum Contradictione conveniat, & ab ea differat, t. 113. dictum.* Quia oppositio hæc non Vniuersalis & ad omnia Propositionum generabilis est, sed tantum ad Prop. certa quantitatis adstricta, Vniuersales: Generale eruendi verum & a falso discernendi medium non est, Immotum veri Criterium nõ suppeditat, sed in mutis vacillat, Cum sæpe utramq; falsam relinquat, t. 45. 78. Et f. 2. t. 17. Natura ejus ex Contradictionis naturâ sect. hac explicata satis patere queat, *Plurâ hic eam tractare super sedemus, & ad Logicos Authores ac disp. Logicas nostras cetera referimus. V. d. 9. Log. c. I. Multa etiam de eâ ex f. 2. t. 14. 17. seq. 19. 20. seq. patebunt.*

Oppositione Enuntiatorum

Sectio Posterior.

De Vſu Oppositionis Enuntiativæ, & imprimis
Contradictionis, in argumentando &
discursu.

UT qui adverso flumine Rhenum aut Garum
nam decurrunt, tandem ad tenuiorem fontem, unde flu-
viorum derivantur initia, deveniunt, ac unde sensim in-
crementis hinc & inde defluentibus augetur: Sic qui artium
in cunis velut jacentium pueritiam intuentur, non præceptorum
multitudinem, ordinis decorem, axiomatum fecunditatem, se-
submissam omni ex parte tenuitatem reperiunt. Sed cum longius
oculos porrexerint, virilemque velut earum ætatem perlustrârunt,
à minoribus principijs ad summos vigores devenisse intelligunt,
& à vilitate ad incredibilem multitudinem proventus esse. Nec
artium solum ea est ratio, sed & partium quarundam in illis.
Ne à Logicis abeamus, Synonymorum paronymorumque
doctrina quàm concisa apud Aristotelem veteresque Logico-
rum? Vix una alteraque monitio de illis, & quàm ad creatura for-
tas sis defleat, ac præter huius definitionis positionem parum ex
universâ cognoscas vel elicias. At posteaquam amplius discussa
Logicalia, ingens doctrina messis quasi herba irrigua succrevit
uberrimè, & aptitudo eorum etiam eminentibus, mysticis, &
transcendentibus non sine insigni distincta, plena, atque accurra-
ta cognitionis usu, immissa fuit. Contradictionis doctrinâ in
Logicis paucis antehac præceptis, vel in terminorum vel Enunti-
atorum natura, absoluta fuit. At si deductius natura ejus lustre-
tur, tam longam, quàm copiosam hanc materiam experiemur.

Facta

Facta fides præcedente sectione, Ac peculiari de Contradictione Tractatu, Vbi & natura ejus in genere, & Terminorū ac Enuntiatorum in specie distinctè explanata fuit. Nunc & amplior progressus faciendus, ac habitudo ejus ad argumentandum deducenda, quemq; in arguendo usum Oppositio Enunt. tam Contradictoria, quam contraria obineat, ostendendum.

2. Primò de Contrad. usu nonnulla proponenda.

Ulus Contradictionis in argumentando est applicabilitas ejus ad argumentandum. Et vel legitimus esse potest, vel illegitimus. Legitimus, qui lumini naturæ & præceptis judicij Logici conformis est. *Vereq; usus dicitur.* Illegitimus, qui nec lumini naturæ, nec præceptis judicij Logici convenit, sed ab utroq; recedit. *Et potius abusus est, quam usus.* Etiam Elenchus Contradictionis dicitur. *Vsus legitimus vel in confirmando, vel confutando, vel disputando, vel resolvendo esse potest. Confirmando, cum propria confirmamus. Confutando, cum aliena confutamus. Sic ex Contradictorijs confirmamus, prædicationes personales posse dici paronymas, si sic arguimus: Quicquid de aliquo verè prædicatur, aut essentialiter, aut non essentialiter de eo prædicatur. Homo de Deo in Christo, & Deus de homine verè prædicatur. E. vel essentialiter, vel non essentialiter. Non prius, sic enim Christus totum essentialiter esset, & partes ejus, Deus & homo, partes essentialiter essent, & unio earum unio essentialis esset, Et communitio unionem sequens, naturarum & idiomatum, essentialis foret, quæ omnia sunt absurda. E. posterius, & non essentialiter ea dicuntur. Jam quæ non essentialiter dicuntur, extra essentialiter & non quidditivè dicuntur. Quæ non quidditivè dicuntur, paronymas & denominativè dicuntur.* Major ex terminis Contradictorijs procedit, ut

medium nullum assignari queat, & effugere non possit
 quin alterum membrorum in materiâ cognitâ assumere cogatur.
 Respondens enim membra enti & non enti, quorum alterum de
 aliquo omnino dicendum est, Vbi materia cognita est, V. Tractat.
 d. Contrad. c. l. t. 53. Sic & illud essentialiter vel non essentialiter,
 nullum hic tertium, & alterum necessariò de omni eo, de
 quo aliquid dicere velis, ac cognitum habeas, eligendum est, frustra
 in effugia te materijs ita se habentibus recondere cogites.
 Olim specialius membra illa sunt enuntiatâ, & omne prædica-
 tum vel essentialiter vel accidentaliter de aliquo prædicari
 dictum fuit. Vt ab illis factum, qui propositiones personales acci-
 dentales dixerunt, Vt Scoto, Occamo, J. Martini, Scheckio,
 Grauero, Reinbotho, alijsq; . Sed vel terminum accidentalis
 lacisimè sumpserunt, ut rã non essentiali responderes, si
 idem est accidentaliter, ac non essentialiter: Vel si specialiter il-
 lo sumendus sit, ut accidens prædicabile notetur, cuius nos ter-
 minu generalissimu & aperte Contradictorijs utemur, quàm spe-
 cialibus. Sub illis enim universaliter omnia complectimur, ut ni-
 hil omitti queat, velut ens & non ens, homo & non homo, uni-
 versa exhauriant, ut nihil prætermissum, firmiterq; dissen-
 sientes constringimus, ut nihil excipere, seque versari, aut effugere
 occupare possint, quin hic stringantur & luant. Aut enim Deum
 essentialem respectum ad hominem in Christo habet, aut non es-
 sentialem. Quidquid exceperis, ad alterum horum membrorum
 recidere apparebit. Minor verissima est, & conceditur ab illis
 qui veritatem incarnationis & unionis personalis in Christo con-
 fitentur, ut Lutheranis, Papistis, Reformatis, Arminianis
 & similibus. Ab Ebionæis, Arianis, Seruetianis, Photinia-
 nis, Anabaptistis, Et quotquot Christum Naturâ deum esse
 negant, negatur ea. Hi & prædicata personalia ridebunt. Se-

contra hos disceptare in presentiarum non constitutum est. Satis
 est, cum prioribus hac disceptasse.

3. Dices 1. Est medium quid inter membra majoris,
 Essentialiter & non essentialiter, nempe personaliter de
 aliquo dici. Et sic tutissimè in Christo personaliter Deum
 de homine & vicissim prædicari dicemus, quomodo & ip-
 sa unio, quæ fundamentum prædicationis personalis dici-
 tur, & Christus compositum personale in Theologicis vo-
 catur, *Et hic tutissimè sistitur. R. Non est tò personaliter verè*
medium inter essentialiter & non essentialiter, sed sub altera mem-
brorum verè comprehenditur, non essentiali. Quidquid enim
personaliter dicitur, non essentialiter dicitur. Et quacunq;
unio personalis est, ea non essentialis est. Urgebo enim ulterius:
 Personaliter dici aut essentialiter aut non essentialiter dici-
 tur, aut medium rei & existentiae inter contradictoria est as-
 signandum, quod simpliciter impossibile, Vt Tr. d. Nat. Contrad.
 l. i. t. 47. seq. dictum. *Non prius & essentialiter. Et posterius*
& non essentialiter, quod erit paronymum ac denominativum.
 Eodem modo in Sacramentalibus prædicatis, ut panis Cæna
 est Corpus Christi, procedes, quæ similiter aut essentialiter aut
 non essentialiter dici urgebis, frustra Sacramentaliter san-
 guinem medium eorum assignes. Sacramentaliter enim dicta
 non essentialiter dicuntur, & sic paronymos. 2. Non debent
 mysticæ res ad terminos modosq; usitatorum reduci, quos
 in inductione rerum creatarum observavimus, & pro illis
 imprimis adhibuimus. *Mystica enim sunt singularia & inusi-*
ta, non usitata. Et à modis usitatorum potius removeri, quàm
ad eos reduci debent. Et sic nec personalia ad usitatos istos
 modos, essentialiter vel non essentialiter, referri debent, Sed &
 inusitata & singularia ab illis separari. *R. Non debent mystica*

ad:

ad modos usitatorum reduci, scilicet quos in entis contractione observavimus & adhibuimus, ubi ens creatum in inductione habemus, & pro illo modos invenimus & usurpamus, quales sunt predicabilia, predicamenta, in predicandi rationibus: bene autem, quos in entis abstractione observavimus & adhibuimus, quos abstrahendo ab finito & infinito, creato & increato, animadvertimus, & tanquam indifferenter ad utrumque habentes assignavimus. Sic verè vel falsò, consentaneè vel dissentaneè, affirmativè vel negativè, necessariò vel contingenter, abstractè vel concretè, finitè vel infinite, purè vel modaliter dici, & in materijs creatis procedit, & increati adeoque talia tanquam modos rationales in utrisque locum habentes tenemus & assignamus. Ad hos & essentialiter ac non essentialiter pertinet, quod subdivisio Logica r^o consentanei est. Omne enim consentaneum, quod consentaneè vereque de aliquo dicitur, aut essentialiter aut non essentialiter de eo dicitur. Si neutrum sit, verè in modo consentaneo dici non debet, sed dissentaneo. Hæc generalia iudicii Logici in prædicatis, quæ de aliquo dici possunt, sunt fundamenta, quæ cur à mysticis & divinis remota velimus, nihil causa est, nisi universam enuntiatorum naturam ab illis remotam velimus, quod nemo adhuc ausus est, Et in sese factu stolidum foret Ratiocinari enim de mysticis licet. Cur non & modos rationales generales in abstractione entis procedentes adhibere? Sic ex realibus terminis transcendentia in divinis adhibemus, quia generalia & in abstractione entis procedentia, Ut ens, unum, verum, bonum, durationem, ubiætatem, perfectionem, attributa causam vel causatum, necessitatem vel contingentiam, dependens vel independens, corruptibile, vel incorruptibile & similia in illis, nemine prohibente, dicimus.


mmo


emis-
an se-


, vel
a non
n sub-
pro-
qvar-

¶

YMS.







Biblioteka Jagiellońska



stdr0019291

